



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Imagines Sanctorvm Ord. S. Benedicti

Stengel, Carl

[Ort nicht ermittelt], M.DC.XXV

XXIII. Ianvarii. S. Illephonsvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38356

S. ILLEPHONVS, natione Hispanus, Toleti nobilissimus, Stephano & Lucia parentibus ortus, Monachus primum, dein Abbas Agaliensis, tandem Eugenio vita functo, Archiepiscopus est creatus. Iis temporibus ex Gallia Gothicā Pelagius quidam & Helladius profecti, veteris Heluidij insania scintillas in Hispania exfuscatare cæperant, MARIAM virginem negantes perpetuò virginitatem retinuisse. Horum furorem sibi ILLEPHONVS impugnandum sumpsit, cominus disputando, eminus libro evulgato, in quo perpetuæ virginitatis MARIÆ patrocinium suscepit. Èa diligentia erroris semina dissipata, compressiæq; nefarij eorum impostorum conatus: operæ navataæ merces vestis de cœlo allata fuit. Cùm enim aliquando ad nocturnas preces per solvendas contenderet, templum maximum visum est maiori fulgore micare, quàm ut oculi mortales ferrent. Tunc ceteris aliò atq; aliò dilapsis præ terrore, ad aram ipse progressus, cùm nixus de more genibus preces funderet, in cathedrâ vnde is ad populum concionari erat solitus, adstantem beatam Virginem in augustiori quàm pro humano habitu specie vidit, his eum verbis compellantem: *Culte in tuo corpore virginitatis defensæ premium erit ex celesti hesaurom unius allatum.* Inter hæc verba vestem suis manibus capiti infessuit, *Hac inquiens, filij mei, meaq; quæ toto anno recurrunt festa celebrato.* Ali quando etiam ipso sacris operante S. Leocadia tumulo egressa, manum Illefonis tangens in hæc verba prorupit. Illefonis per te viuit Domina mea. Obiit plenus sanctitate X. Kal. Febr. A. C. DCLXVII. Ex vita & Script. Hisp.

S. ILLE-



S. Ildephonsus Episcopus Tolitanus
Ex Monacho Agatini Ord. S. Bm. aeterrimus Virginitatis Domini
propugnator. id est ab eadem Virgine Veste pulcherrima donatus duxit ad 16^m a. 1622.

XXX.IA-

C